



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Praxis Meditandi A S. P. Ignatio Societatis Iesv Fundatore  
traditæ Explicatio**

**Le Gaudier, Antoine**

**Dilingæ, 1627**

Cap. X. Oratio præparatoria.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50280](#)

## CAPUT X.

*Oratio præparatoria.*

**H**Æc oratio præcedit immédiate  
tè meditationem; sed fit ad ar-  
cenda impedimenta orationis tria.  
Primum est indignitas orantis ob-  
peccata, quorum idcirco venia pe-  
tenda est humiliter.

Secundum est intentio minùs re-  
cta; nonnulli enim querunt in ora-  
tione tantum vnde doctores siāt, vel  
vnde alijs videātur meliores, vel mag-  
is spirituales, vel vt sensibili cōsolati-  
onē fruātur, alij tātū vt suo fūgātur  
officio, & faciant quod alij pro more  
faciūt; hæ intētiones corrigēdæ sunt,  
quod fit vtēdo meditatione formalis-  
ter & expresse vt medio ad cognoscē-  
dā Dei voluntatem, atq; adeo inten-  
dendo solam Dei gloriam. Quare hæc  
oratio continere debet perfectam sui  
& suarum omnium virium oblatio-  
nem,

nem, intellectus cum suis habitibus  
& actibus; voluntatis cum omnibus  
etiam suis virtutibus, affectionibus &  
desiderijs; corporis denique ipsius &  
eius afflictionis, laboris ac motuum  
omnium; ut ex ijs velut odoribus si-  
mul contusis, & eo sacro igne accen-  
sis, fiat suave Deo thymiana; immo ijs  
ita immolatis fiat hostia pro pecca-  
tis: maximè si proximæ meditationis  
argumentum id postulet; aut hostia  
pacifica in gratiarum actionem pro-  
tot beneficijs, aut holocaustum ad  
solam Dei gloriam, ut in ipsis, cum  
ipsis, & de ipsis id operetur quod ad  
maiorem honorem suum fore intel-  
lexerit. Hæc oratio ut benè fiat, pro-  
derit valde ignis ille desiderij perfecte  
Deo placédi, qui ut semper debet ar-  
dere in corde nostro, ita maximè cū  
sacrificium hoc adeo excellens diui-  
næ maiestati offerimus.

Tertium est infirmitas & ignoran-  
tia nostra; nam cùm nesciamus quid

D 5      & quo-

## 68 DE ORATIONE

& quomodo ita orare debeamus ut  
impetremus, eius certè lumine ege-  
mus qui solus scit quomodo velit o-  
rari, sic ut exoretur. Accedit ad eam  
ignorantiam infirmitas corporis &  
animi, qui facile difficultate frangi-  
tur, præsertim cum præter peccata,  
quibus mordetur; passiones, quibus  
turbatur; curas superfluas, quibus agi-  
tur; sensuum mentisque naturales  
euagationes, quibus distrahitur; præ-  
ter ista inquam impedimenta, impor-  
tunus hostis omni quo potest impe-  
tu & arte, ut oratione impedit, co-  
natus omnes intendat. Porro libe-  
rum cuique est quibus volet uti ver-  
bis, immo sola mente hanc orationem  
concipere.

## CAPUT XI.

## Præludia.

V T facilius succedat meditatio,  
& intellectus, voluntasque  
suum